

www.e-rara.ch

**Philosophus irresolutus, sive, Quaestiones universae philosophiae
principales**

Walser, Iso

[Sankt Gallen], anno 1748

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 248

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28721>

Quaestio IX. De universali Angelico, seu an species praedicabilis ut universalis salvari possit in
unico individuo?

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



quia *ex se* est merè *potentiale*, nec est *radix multiplicitaris*, seu *communicatio-*
nis, neque datur *potentia ad impossibile*,
 plures autem species supponuntur
 impossibiles. ergò non esset *totum po-*
tentiale, nec genus &c.

Fundam. Sent. 2. Genus, seu ani-
 mal *ex se* saltem est aptum, ut sit in
 pluribus, & *ex se* esset, & maneret
determinabile, & communicabile, etiam
 implicantibûs speciebûs. ergò.

QUÆSTIO IX.

De Universali Angelico,

seu

*An species prædicabilis ut universalis salvari
 possit in unico individuo?*

SENTENTIA I. Species prædica-
 bilis, & ut universalis positivè, potest
 salvari in unico individuo, pluribûs in-
 dividuûs repugnantibûs. ita Thomistæ
 plurimi. nominatim Joann. à S. Tho-
 ma q. 8. a. 3. Mailhat d. 2. f. 3. §. 3.
 Vischl d. 3. q. 2. a. 3. Goudin hîc q. 2. a. 6.
 Salemitani in harmonia Eroth. 2. Theor.
 2. f. 2. n. 206. Complutenses d. 6.
 q. 4.

q. 4. n. 39. ubi plures citant, & ex Gallego, & Sanch. addunt, esse omnium discipulorum D. Thomæ, nec censendum esse Thomistam, qui oppositum senserit.

FUNDAMENTA.

1. Natura angelica potest concipi sine singularitate (est enim virtualiter ab ea distincta) & ut sic est apta inesse multis individuis; ergò positivè universalis. *a. prob.* si non esset apta, esset propter repugnantiam individuum; atqui hæc se tenet tantum ex parte individuum, non naturæ specificæ; ergò hæc ex se est communicabilis pluribus.

2. DEus est infinitus in se, licet effectus infinitus repugnet, quia repugnantia tantum se tenet ex parte effectuum: forma sigilli quantum est de se, est apta inesse multis, & si non sit actu apta, id non redundat in ipsam, sed in defectum materiæ, auri, ceræ, æris &c. ergò etiam natura angelica in se est communicabilis pluribus, quod verò in actu 2. non possit communicari pluribus, ex defectu individuum est.

3. Ideò

3. Ideò genus non salvatur in unica specie, quia communicabilitatem non *ex se*, sed à pluralitate specierum habet; ergò à contrario, cùm species communicabilitatem habeat *ex se*; quia est totum actuale, non ab individuis, non requiritur pluralitas *absolute* possibilis individuorum, sed sufficit *conditionate* possibilis, quibus individuis natura specifica ex se semper est communicabilis.

4. Sola singularitas impedit actua-
lem communicabilitatem naturæ angelicæ; ergò si hæc concipiatur ut præcisa à singularitate, erit communicabilis quantum est *ex se*.

RESPONSA Aa.

Ad 1. 1. d. c. Est universalis *logice* neg. ad universalitatem logicam enim requiritur, ut natura illa respiciat plura *positive*, quod fieri hîc non potest, cùm individua plura supponantur implicare: est universalis *materialiter*, & *metaphysicè*, ut dicit merè *non repugnantiam* essendi in multis. con.
2. D. a. Est apta *negative*, & *remote*, con. *positive*, ac *proximè*, h. e. actu-
possi-

positivè concipitur cum ordine ad plura individua impossibilia. neg. ant. & conf. 3. d. a. potest concipi sine singularitate *explicitè non concepta*. con. etiam *implicitè non concepta*. neg. quia irreceptibilitas angeli in materia est radix individuationis, & implicitè pertinet ad ipsam naturam specificam angeli, & in ejus conceptu objectivo involvitur; ergò ipsa ratio specifica angeli in se continet *positivam repugnantiam* ad pluralitatem individuorum; ergò nec *ex se* est apta multiplicari, nec illa repugnantia se solùm tenet ex parte individuorum. ex quo patet ad prob.

Ad 2. Neg. parit. quia sigillum ex se est aptum ad imprimendam figuram; at natura angeli, nec *ex se* quidem est apta multiplicari, quia in suo conceptu objectivo, & implicito essentialiter involvit irreceptibilitatem, & repugnantiam saltem *radicalem* plurium individuorum, & exigentiam unius solùm individualitatis. *nec dicas* in conceptu formali angeli non importari, aut exprimi ipsam singularitatem, sed solùm prædicata specifica;

ca ; hæc enim vera sunt de conceptu *explicito* , at non *implicito*.

Ad 3. *Neg. suppos. conf.* quòd scilicèt species communicabilitatem habeat ex se ; nam natura Angeli tanquam *immaterialis per se subsistens completè essentialiter* involvit radicalem repugnantiam principij individuantis , h. e. materiæ quantitate figillatæ ; sine qua pluralitas individuorum dari non potest.

Ad 4. *Neg. ant.* Quia etiam *immaterialitas* , & *irreceptibilitas* naturæ Angelicæ in materia impedit ejus multiplicationem , quia omnis individuatione oritur à materia , velut à principio individuationis , cùm ergò natura Angeli in materia sit essentialiter irreceptibilis ; etiam erit *ex se* immultiplicabilis.

SENTENTIA II. Natura , cujus plura individua solo numero distincta implicant , non potest concipi ut positivè universalis. Ita Card. de Aguirre , *D. 20. logic. n. 11.* illustr. Anton. Perez. P. Babenstuber *d. 2. a. 3. n. 14.* Ortiz. *tr. 3. conf. 4.* Suarez *met. d. 5. s. 2.* Hurtado *d. 3. s. 3. P.*

3. P. Renz *hic* q. 7. a. 4. fol. 342.
& alij plurimi tum R.R. tum Th. Th.

FUNDAMENTA.

1. Natura Angeli nequit concipi sine singularitate; ergò ut concepta est immultiplicabilis, consequenter nec universalis. *ant. prob.* natura Angeli nequit concipi sine irreceptibilitate, & carentiâ materiæ, cùm irreceptibilitas sit de essentia formæ spiritualis completæ per se subsistentis; ergò etiam non potest concipi sine singularitate, quæ oritur ex irreceptibilitate.

2. plura individua sunt impossibilia; ergò natura angelica non est communicabilis pluribus.

3. Si natura angelica est universalis, quia *ex se* ei non repugnat multiplicari, erit solum universalis remote, & per *non repugnantiam*; non verò *positive*, positivè plura respiciendo. ergò.

4. Termino non existente non datur relatio formalis, ergò multò magis implicantibus pluribus individuis natura ad ea comparari non potest.

5. Uni-

5. Uuiversale debet esse commune pluribus, & superius; ergò species respectu unius individui non est universalis.

6. Angeli natura essentialiter caret materiâ, & in se continet radicem individuationis; ergò ex sua natura est immultiplicabilis.

Confirm. Irreceptibilitas in materia est causa individuationis; ergò natura angelica essentialiter irreceptibilis est essentialiter singularis.

7. Natura Angeli est solùm conditionatè communicabilis pluribus, ergò solùm conditionatè universalis.

8. Natura Divina non est positivè universalis, licet concipiatur sine singularitate, ergò nec natura angelica &c.

9. Multitudo est de essentia universalis; ergò.

RESPONSA Aa.

Ad 1. *N. a. ad prob. d. a.* nequit concipi sine irreceptibilitate, & carentiâ materiæ, ut est constitutiva speciei, & naturæ immaterialis con. ut irreceptibilitas est ratio individuativa suppositi, neg.

neg. a. & conf. immaterialitas ergò in Angelo duo præstat. 1. constituit speciem, 2. individuatur naturam. Licet ergò Angeli essentia specifica nequeat concipi finè immaterialitate ut *constituente* speciem; potest tamen sine ea concipi ut *individuante*; ergò etiam sine singularitate; sicut ens materiale nequit concipi sine materia ut constitutivo intrinseco, potest tamen finè ea concipi ut principio individuationis.

Ad. 2. 1. d. a. sunt impossibilia *absolute*. con. *conditionate*. neg. a. & conf. 2. d. c. quantum est *ex se*. neg. quantum est *ex parte individuorum* con. conf.

Ad. 3. neg. *seq.* quia positivè respicit plura *conditionate* possibilia; & quia universale positivum nil aliud est, quàm *unum aptum inesse multis*, hoc autem nil aliud dicit, quàm nullam habere repugnantiam, quin possit esse in pluribus; ergò per hanc non repugnantiam species à parte rei constituitur proximè universalis *metaphysicè*; & si actu concipiatur hæc non repugnantia, etiam *Logicè*.

G

Ad

Ad 4. 1. responderet M. Joannes à S. Thoma, naturam angelicam actu attingere *unum* individuum *positivè*, & plura *non repugnanter*, & hoc sufficere ad relationem intentionis Logicæ; sicut relatio Patris si filius sit unus, unum filium attingit *positivè*, & plures *non repugnanter*, ut si plures darentur, eos attingeret. 2. *d. c.* non potest comparari ad individua *conditionatè* possibile, neg. secùs, con. vel 3. *d. c. aliter*: ad individua *rationis*. neg. *realia*. con.

Ad 5. *D. a.* communicabilitate, & superioritate *intrinseca*, & *ex se*. con. *extrinseca*. neg.

Ad 6. *D. a.* habet in se radicem individuationis *realiter*, & *à parte rei*. con. *ut concepta sine immaterialitate* quatenùs hæc est radix individuationis, neg. etsi concipiam in Angelo carentiam materiæ, & irreceptibilitatem in ea, *ut hæc conduit ad rationem spiritualitatis*, non propterea concipio radicem, & causam individuationis, quia *ut sic non est radix individuationis*.

Ad

Ad Confirm. D. a. irreceptibilitas
ut præcisè est constitutiva speciei est causa
 &c. neg. *ut est individuativa suppositi,*
 con. a. n. c. vide Joannem à S. Tho-
 ma q. 8. a. 3. & Goudin hîc. q. 1. a. 4.
 fol. 144.

Ad 7. D. a. Est conditionatè commu-
 nicabilis *ex parte sui.* neg. *ex parte in-*
dividuoum con. a. n. conf. sic DEUS
 est absolutè infinitus in operando ,
 licèt ex parte effectuum repugnet in-
 finitas , quia non repugnat ex parte
 DEI.

Ad 8. Neg. parit. 1. Quia DEO
ex parte natura repugnat multiplicabi-
 litas , ergò ex parte naturæ non po-
 test positivè concipi ut ex se multi-
 plicabilis: at in Angelo ex parte naturæ
 præcisæ à singularitate non apparet
 hujusmodi repugnantia, sed potius ap-
 titudo ad multiplicationem. 2. natu-
 ra DEI concepta sine singularitate
 non potest concipi ut contrahibilis
 per individua , cùm sit actus purus,
 excludens omnem potentialitatem ;
 benè autem potest ita concipi natu-
 ra Angeli ; ergò hæc, non illa , est
 universalis.



Ad 9. *D. a. intrinseca*, h. e. multiplicabilitas naturæ *ex se* con. *extrinseca* ex parte individuorum, subd. *absolutè* possibilis, neg. *Conditionatè* possibilis. tr. a. n. c.

Fundam. præcip. Sent. 1. Natura Angelica licèt concipi non possit sine immaterialitate prout hæc speciem constituit, & essentiam angelicam, potest tamen sine ea concipi, prout constituit individuationem; ergò potest concipi sine singularitate, & consequenter ut communicabilis pluribus. *item.* natura specifica *ex se* est communicabilis, & radix communicabilitatis, saltem *conditionatè*, si dentur individua, *aut sint* possibilia.

Fundam. Sent. 2. Natura Angelica non potest concipi sine immaterialitate; sed hæc est ipsa individuatio, ergò non potest concipi sinè individuatione. *item* natura specifica angelica *ex se* non est communicabilis, & multiplicabilis, quia excludit materiam, à qua habetur individuatio.



QUÆ-